

est fides salvifica.

2. Fides autem est agnitio veritatis, quæ est secundum pietatem, ad spem vite æternæ, quam promisit & manifestavit Deus.
3. Vel, est hypostasis seu representatio efficax, rerum sperandarum: elenchus, seu demonstratio, non apparentium.
4. Objectum materiale, seu communiter sumtum, sunt invisibilia, seu res quæ non apparent sensibus.
5. Objectum formale, seu determinatiùs sumtum, ex ordine ad principium cognoscendi; est veritas & revelatio divina:
6. ex ordine ad finem; est salus per revelationem promissa fidelibus.
7. Unde & scientia salutis appellatur, in remissione peccatorum. Luc. 1. 77.
8. Salus enim Domini complectitur, i. finem; nempe gloriam, seu vitam æternam cum bonis omnibus cælestibus: